

ac Dominum, Dn. CHRISTIANUM II. S. R. I.
Electorem, &c. Tuæ Celsitud. Fratrem germa-
num, laudatissimæ memoriæ, è mortali hac vita e-
vocare, Tuamq; Celsitud. ad clavum gubernatio-
nis harum regionum collocare: omnes passim
Tuam Celsitud. quam ut optimum Parentem ve-
nerantur, cuiusq; humeris jam salutem Patriæ
impositam gestari agnoscunt, votis & faustis ac-
clamationibus, ac munusculis etiam, prosequun-
tur. Inter eos & ego appareo, & Persas illos imi-
tatus, qui inter cætera *τὰς ἀρχαῖς τῶν ἑπιχωρίων*, primi-
tias fructuum in sua regione natorum Regibus
offerebant, Opus hoc Medicum, in Tuæ Celsi-
tud. Academia natum, meorumq; quos hætenus
in ea sustinui, laborum quasi fructum Tuæ Celsi-
tud. offero. Cùm autem muneris hujus tenui-
tatem agnoscam, cum Sinæta illo, calido affectu
atque voto id Tuæ Celsitud. gratius & acceptius
reddere conor: & proinde, cum eodem, illud; SE-
CULUM REGNES, FELICITERQUE, IL-
LUSTRISSIME PRINCEPS ELECTOR, JO-
HANNES GEORGI; vel cum Judæis Regem Salo-
monem excipientibus, VIVAT ILLUSTRIS-
SIMUS PRINCEPS ELECTOR JOHAN-
NES GEORGIUS, acclamo: atq; submissè o-
ro, ut Tua Celsit. munusculum hoc, quod pro
a 3) mearum